



Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Capvt I. De Pœnis in particulari, & quod pœna mortis, vel trirremium Regularibus non sit infligenda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38601

TRACTATUS IV. DE POENIS CUILIBET CRIMINI ADHIBENDIS. PROLOGUS.

Dostquam Vilitator elaboraverit pro inveniēdo delicto, de quo Reus accusatus, vel inquisitus erat, reperitque Reo culpabili, debet etiam eum condignis poenis punire: & ne in incerto labore pro quarendis specialibus poenis Reo secundum gravitatem delicti infligendis, visum est nobis, poenas aliquas assignare, tam à Jure, quàm à nostris Constitutionibus, imò etiam ab aliorum Ordinum legibus, tam pro gravioribus, quàm pro gravissimis culpis taxatas, hic breviter inferere: ut in casu, quo neque in nostris Constitutionibus, neque in Jure Canonico certa poena fuerit stabilita, (nam tunc ab eis non licet recedere, Constitutiones enim Regularium omninò in imponendis poenis observandæ sunt) possint Vilitatores ad manum habere aliquas apud alias Religiones in praxi observatas poenas, & eas delictis extraordinariis infligere.

CAPVT I.

De Poenis in particu'ari, & quod poena mortis, vel tritremium Regularibus non sit infligenda.

Cum autem Jus Canonicum nunquam pro aliquo delicto, etiam gravissimo, poenam mortis, & sanguinis imponat, nullus apud Regulares puniri debet poena mortis, vel sanguinis, quantumcumque crimen gravissimum commiserit.

Tritremium autem poena, quæ in facinorosos videtur locum obtinuisse, utinam adversus Religiosos nunquam adhiberetur. Hinc Bernardus Diaz in sua Praxi, in Clericis etiam ejusmodi supplicium deplorat multis, & prudentissimis, & efficacissimis rationibus usus, ac præterea addit verba, quæ sequuntur. *Quis merito non judicabit indecens, Sacerdotes DEI, quibus major dignitas collata est, quàm Angelis quantumcumque facinorosos tam perpetuo hoc infami punitionis generi iradi, ubi tanta est sceleratorum hominum copia, tantus squalor, tantus denique omnium ærumnarum, ac immundiciarum æcervus est: ubi insuper passim damnatos homines & nudari, & flagella laicorum pati manibus, quotidianum est? nisi in casu quo post degradationem Sacerdos tradendus esset ad ultimum supplicium subeundum Curia seculari; & tunc etiam tolerabilis crederem, Sacerdotem quemquam post traditionem Curia, turpissima quoque mortis generis (dam tamen momentaneum) vitam*

finire quàm ipsum longo vita intervallo cum 100 facinorosis hominibus, ac sapius infidelibus, tali quotidiana poena torqueri; satis namque ultimo supplicio esset, ut ferirentur aliqui animi pietate, quam in tritremibus vitam agendo, ubi non solum de præteritis non est sperandus dolor, sed deteriores mores ibidem acquisituros, & cum illis meritorios verisimilium timere potest.

Hæc ille. Quare merito Navarrus Comment. 2. lib. 30. de Regularibus, num. 72. asserit, alienum curiale videri à charitate fraternitatis, & paternitatis immo Regularibus habenda, simul & à consuetudine Sanctorum Augustini, Benedicti, Bernardi, Domini, & Francisci, & aliarum Regularum Institutum, hujusmodi poenas infligere, cum sola ejjectione à Congregatione videntur fuisse contenti. Hæc tenet Navarrus.

Sed quia hæc materia de poenis latissima est, & illæ, quæ stabilitæ sunt à propriis Ordinum Constitutionibus, juxta earum præscriptum infligendæ sunt; ideo priori loco de poenis à nostris Constitutionibus, graviori, ac gravissima culpe taxatis, omnia levi, aut gravi culpa (de qua inter nos nunquam formatur processus) distinemus: sed oportet ante omnia aliqua præmittere.